BIBLIA (PROV-APOC)
Österreich?, 1472 Seite 309r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

omnibus vobis ad profectum vestrum et
gaudium fidei: ut gratulatione vestra
habundet in xpo ihu in me per meum
adventum iterum ad vos. Tantum dig-
ne euangelio xpi conversamini: ut
sive cum veniens et videam vos. si
ue absens audiam de vobis quia
statis in uno spiritu unanimes col
laborantes fidei euangelii et in
nullo terreamini ab adversariis
que est illis causa perditionis:
vobis autem salutis. Et hoc a deo
Quia vobis donatum est pro cristo
non solum ut in eum credatis sed
ut etiam pro illo patiamini: idem
certamen habentes quale et vidis
tis in me: et nunc audistis de me
Si qua ergo consolatio in xpo: si quid solacium caritatis. si qua societas spiritus. si qua viscera miserationis impletite gaudium meum ut
idem sapiatis eande caritatem
habentes. unanimes idipsum sen
tientes. Nichil per contentionem ne
que per inanem gloriam sed in humi
litate superiores sibi invicem arbi
trantes: non que sua sunt singu
li considerantes sed ea que aliorum. hoc
enim sentite in vobis: quod et in xpo
ihu cum cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est esse
se equalem deo: sed semetipsum exi
nanivit formam servi accipiens
in similitudinem hominum factus et ha
bitu inventus ut homo humiliavit
semetipsum factus obediens usque
ad mortem. mortem autem crucis
propter quod et deus exaltavit il
lum: et donavit illi nomen quod est
super omne nomen. Ut in nomine ihu
omne genu flectatur celestium ter
restrium et infernorum: et omnis
lingua confiteatur quia dnus ihesus
xpus in gloria est dei patris Itaque
karissimi mei sicut semper obedistis: Non
in presentia mea tantum. sed multoma
gis nunc in absentia mea cum metu
et tremore vestra salute operamini
Deus est enim qui operatur in vobis
et velle et perficere pro bona vo
luntate. Omnia autem facite sine mu
murationibus et hesitationibus ut
sitis sine querela et simplices
filii dei sine reprehensione in medio
nacionis prave et perverse in
quibus lucetis sicut luminaria in mundo
verbum vite continentes ad gloriam me
am in die xpi quia non in vacuum
cucurri neque laboravi in vacuum sed si
quidem supra sacrificium et obsequi
um fidei vestre gaudeo et con
gratulor. Idipsum autem et vos
gaudete et congratulamini mihi. Spe
ro autem in dno ihu Timotheum
me cito mittere ad vos: ut et ego
bono animo sim cognitis quae circa
nos sunt. Neminem enim habeo tam
unanimem: qui sincera affectione
pro vobis sollicitus sit. Omnes enim
que sua sunt quaerunt: non que sunt
ihu xpi. Experimentum autem eius cog
noscite. quia sicut patri filio meo
seruiuit in euangelio. hunc igitur spe
ro me mittere ad vos. mox ut vi
dero que circa me sunt. Confido autem
in dno: quoniam et ipse veniam ad
vos cito. Necessarium autem existima
ui epafroditum fratrem et cooperatorem
et commilitonem meum: vestrum autem apostolum et ministrum necessi
tatis mee: mittere ad vos: quoniam quidem omnes vos desiderabat: et
mestus erat propterea quod audi
eratis illum infirmatum. Nam et
infirmatus est usque ad mortem
sed deus misertus est eius Non so
lum autem eius: verum etiam et mei: ne